



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,
locisq[ue] scriptos digesti**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1545

VD16 C 4328

VII. Admonitio Io. Cochlaei Contra seditiosum & sacrilegum libellum
Argyrophylactis, Scripta Spiraë in Comitijs, Anno. 1526.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29563

Ad Episcopum Argentinensem.

120

quaquam tamen redibo, nisi tutus ibi esse queam à Lutheranorum uolentia. Commendo igitur suppliciter pauperē & misere uexatum Clerum illum Reuerendissimę D. V. ut opportuno sit ei presidio.

Reuerendissimę D. V.:

Deuote subditus

Iohannes Cochleus.

Scripta Colonie Anno 1525.

MISCELLANEO
RVM LIBRI SECUNDI
Tractatus Septimus.

ADMONITIO IO. COCHLEI CONTRA
seditiosum & sacrilegum libellum, Argyrophyl-
lactis, Spire in Conuentu Imperiali
Anno 1526.



Non satis mirari queo Reuerendiss. ac Illu-
strissimi Principes, apud uos licere adhuc
seditiosis ac pestilentibus uiris, post tot cla-
des uestre Reip. per eorum nouos contra
pacē ac religionē libros datas & acceptas,
nouis ad discordiā cōcinnatis nugis & ca-
lumnijs uerba tacere. Cū nō aliud intēdāt sub p̄tento isto in
Clerum

Seditiosi Cō-
cionatores
& scriptores

Admonitio Io. Cochlaei

Clerum odia, quàm ut discordiæ semina inter uos faciant, quo facilius liceat inquietis ac infensis per seditiosos eorum libros plebibus, in uos per discordiam diuisos insurgere ac sequi. Sciunt enim quàm alte infixum ac implantatum sit subditorum uestrorum animis, quod ipsi de libertate excutiendo; iugo publice prædicarunt ac scripserunt, Sciunt uestram auctoritatem, per Luthericos contemptus minasq; & insultationes, apud subditos uestros uehementer lesam ac immixtam esse, Sciunt quàm auidi sint ad rebellionem animi eorum qui clade superioris anni uel parètes ac propinquos dolent interfectos, uel graui mulctati ære difficulter exoluerè, repossunt quod imperatum est.

Impium ad uobis ponunt, ac suadendo inculcant, Ecclesiarum ac Monasteriorum bona in pauperes ac Remp. cõuertenda potius quàm in ociosos ac pingues (uti quiritantur) uentres Clericorum) uos per discordiam abinuicem separare, ut sic diuisos ac dissidètes uos in plebium uestrarum manus ac potestatem tradant, Non enim ignorant, nulli unquam Regum aut Principum foeliciter cessisse sacrilegia, ad quæ uos nunc, sicut antea plebem, exhortari audent, ut per ea superueniat in uos ira ultioq; diuina, haud secus quàm in rusticos peruenit anno superiore uestros. Credite mihi Principes, si tam barbare simplices fueritis quàm Rustici uestri fuerunt, ut Barbarum istorum consilia sequi (quod Deus auertat) audeatis, non meliorem uobis, quàm rusticis dederunt uestris, mercedem retribuunt, re male cedente, Male autem cedent proculdubio sacrilegia, ad quæ nunc uos, ut antea rusticos uestros, incitare audent, Iuxta illud Sapientis. Nõ est consilium, nõ est fortitudo, non est prudentia contra dñm, Quis autem non uidet, maxime contra dominum esse, quod suadent

suadent uobis isti sectarum duces, spoliare templa, diripere monasteria, domos dei, insectari ac perdere dei ministros sacerdotes ac Monachos deo sacratos, abolere dei cultum laudēq; tā diurnā quam nocturnam, uertere in usus prophanos uasa uestesq; sacras: Heu quam graue inferunt uobis dedecus apud exteras Nationes Cōsultores isti pessimi, ubicūq; dicitur aut scribetur, talia ad uos consilia impune hic in tam splendido ac amplo Christianorum Principum conuentu per omnes passim angulos ac plateas circumferri ac diuēdi.

Si deus Pharaonem, regem potentissimū cū toto exercitu deleuit in mari, qđ populū Iudaicum dño sacrificare phibuerat, Si regē Babiloniæ Balthassar eadē nocte, qua sacris templi uasis in pphano utebatur cōuiuio, manus dñi extinxit, Si Oziam regē Iuda thurificare præsumentē lepra percussit, Si sanguinē Achab regis Israel canes linxerunt, quod ministros dñi persequebatur, Si Antiochū & Heliodorū in templum unū impia molientes, horrendo supplicio ultio diuina contriuit. Si Iulianū fortissimū ac potentissimū Imperatorem, sacerdotes Christi apostatice persequētem, impuissotelo sic percussit iusta dei uindicta, ut diceret, Vicisti Galilæe, uicisti: Quis obsecro uestrū, Clementis, Principes, presumat aut speret, inultum sibi fore si faciat quicquid serpens antiquus per nouos hos Pighardos contra Deum deiq; ministros & templa suggesterit.

Tanto nimirū grauior erit ultio expectanda, quanto maior fuerit Christiani quā Gentilis aut Iudæi Principis ingratitudo, Et tanto seuerius uestra (si consilia tam impia amplexi fueritis) quā rusticorum uestrorū sacrilegia puniet dominus, quanto maior fuerit culpa scienter ac scandalose peccatiū Principū quā fuit rusticorū, qui p simplicitatē male decepti ab his nouis doctoribus, ignoranter aut imprudenter

Exo. 14.
Exempla uisionis diuine in sacris
gos Principes.
2. Paral. 26.
3. Reg. 22.
1. Macha. 6.
2. Mach. 3.
Historie Tripartite li. 6. c. 47.

Grauior in Principes q̄ in Rusticos uindicta si scilicet fecerint.

Hh peccat

Responsio Ioan. Cochlaei

peccauerunt, putantes se obsequium praestare deo, si iuxta
 nouorum prophetarum suorum doctrinam euerfis templis &
 Monasteriis sacros calices ac cuncta praeciosa uasa diriperet
 ac conflarent, e sacris uestibus diploidas ac saga militaria si-
 bi facerent, Monachos exturbaret, Moniales a uirginali ue-
 lo ad incelestas nuptias impellerent, missas abolerent, altaria
 suffoderent omnemque dei cultum semel abrogarent. At longe
 aliter iudicauit Deus, & post rem malegestam ipsi quoque pro-
 phetae nequissimi, qui simplicem populum ad tam nefaria sce-
 lera (ad quae & uos nunc incitare audent) concitauerunt, alie-
 ter iudicabant, dicentes, miseros illos rusticos ob ea facinos-
 ra & corpore & anima aeternaliter damnatos, Quod & uer-
 um quidem est, sed non debebant neque rustici neque Principes
 talia sceiera a falsis illis prophetis doceri. Nolite Principes
 huic serpentino sibilo aures credulas prebere sicut stulte
 praebuerunt simplices rustici, non enim fidelis est ista promissio
 eorum, qua dicunt. Si getis pecunia, en maximum uobis
 thesaurum ostendimus. Sinite Monachos & Monachas abire,
 & quicquid opum illis superest in usus uestros ac Reip.
 pauperumque conuertite, Ita enim promiserunt paulo antea
 rusticis quoque uestris, sed re male cedente illis, aliter loquuti
 sunt postea. Ita & uobis facient, si ultionem diuinam per tot
 sacrilegia, quae isti uobis nunc publice (proh pudor) suadet,
 incurreritis. Incurreritis autem proculdubio, si eos auderitis,
 quemadmodum & omnes rustici uestri & omnes alij sacris
 legi Principes regesque incurrerunt ante uos, Faciet enim Deus
 Germanos pugnare contra Germanos, sicut per uerum propheta-
 tam Esaiam predixit, facietque concurrere fratrem contra fratrem,
 et amicum contra proximum suum. Non est consilium contra dominum.
 Si forte cogitatis, ditari uos posse lex bonis Ecclesiasticis,
 sicut cogitauerunt rustici uestri, multum faller uos cogitatus
 uester, quemadmodum iam olim fefellit Pigbardos & Huls-

Quale Ar-
 gyrophila-
 etis consilium.

Prou. 21.
 Esa. 19.

Exempla
 hemorum

fitas, Sic etenim cogitabant olim etiam Bohemi, donec ex regno florentissimo effecerunt alicubi horrendissimas latrociniorum cediumque speluncas. Factum est enim, indignante domino, ut primū uarijs praelijs & cōslictibus uexarentur à Germaniæ Christianis Principibus & populis, Deinde in sua ipsorum uiscera crudeles cōuerterent enses, Bohemi contra Bohemos, Et quāuis primo impetu præualuerint Hussitæ in uicesimū usque annum, iusto tñ Dei iudicio ita conuersa tandem fuit fortunæ bellicæ rota, ut à Bohemis Catholicis uno die, capta Praga, occisa sint Hussitarū xxij. Milia, ac paulo post uno prelio inter Brodam & Coloniam ceciderint ex Hussitis circiter lxxx. Milia uirorum fortium, Reliqui in deditioem accepti à Bohemis Catholicis transmissi sunt paulo post ab Imperatore Sigismūdo contra Turcas in Vngariam, Nolite obsecro Principes simili ausu consimilem prouocare in uos Dei uindictam.

Quod si uicinum istud exemplum à sacrilego isto Barbarum nostrorū cōsilio animos uestros non deterret, deterreant saltem ea, quæ his annis proximis fieri uidistis & audistis, Quid profuit Nobilibus quibusdā (qui Apostatis quibusdā male credulas prebuerūt aures) antiquum ac uenerabile Treuerorū Episcopatū inuasisse? Quid rusticis cōtulit tot Monasteriorū ac tēplorū direptio? Quid nouis pphetis rusticorum seditiosa cōuocatio? An non sunt piccti à facie terræ sicut puluis quē proijcit uentus? Perpendite saltē uires hominū (si dei ultionē cōtēnitis) qui huic nouorū pphetarū sectæ cunctis uiribus resistere cogitāt, quā periculosum foret, tot Catholicorū Principatus hominū simul cū ira & indignatione dei omniumque sanctorū eius in uos prouocare.

Credite mihi, quælibet uestrū, si pessimos hos sequutus fuerit cōsiliarios (qui nūc dicūt uobis, qd si iniuriā cōtumeliāque promissa,

Hh 2 diuis

Noua uindictæ Exempla in Germania.

Falsa pseudo prophetarum

Responsio Ioan. Cochlaei

diuis suis fieri clamitēt, finite diuos sese ulcisci) nō minus de
ceptū iri pnciosissime, q̄p̄ decepti sunt miserimi rustici, à
falsis pphetis, è qbus Luth. dicebat contra uos, Non rustici
sunt, boni dñi, sed deus ipse est, q̄p̄ rusticos uestrā uult p̄stī
gare tyrānidē. Muncerus aut̄ dicebat, omnes Bombardarū
globos in fianicas suas impune se excepturū esse, alij alia ia
ctitabant, donec omnis eorū acies, pecorū instar, ma ctate ac
disperse sunt, Quod si unus Angelus una nocte potuit occi
dere clxxxv. Milia armatorū in castris Sennacherib, Quis
uestrū p̄sumat impune contra se puocare posse tot Diuorū,
qui cum Deo & Christo eius in perpetuum uiuunt & re
gnant, Milia.

4 Reg. 19.

Vltio diuis
na.
Dan. 5.
Luc. 18.
Apoc. 6.
Deut. 32.

Quisquis igit̄ uestrum eos ad sacrilegia p̄petranda sequu
tus fuerit, is p̄culdubio sentiet manū dñi, quā olīm sensit po
tentissimus rex Balthassar, sentiet manū nō unius mō ans
geli, sicut Sennacherib, sed totius cœlestis exercitus, q̄t quot
in cœlo diui sunt, quorū ultionē cōtemnere uos docēt Cō
sultores isti, cum tñ Christi ac Ioannis testimonio, p̄ uindictā
ita haud frustra clamēt die ac nocte, sentiet p̄tectorē omniū
in se sperantiū deū, qui ait. Mihi uindictā & ego retribuam,
sentiet deniq; & hominū iustū, p̄ Catholice fidei defensione
zelū, Quis em̄ credat oēs uos ad tam impia ac sacrilega con
silia induci posse. Quid dicet religiosissimus simul & pos
sentissimus Imperator noster Carolus V, cui libet uestrū, q̄
nomē honorēq; ac dignitatē suā tam nefarijs maculate ausit
sacrilegijs, quæ isti suadent, si propediē potenti manu post
tot foelices uictorias ad uos redierit? Quid aliæ cogitabunt
Nationes? Annon poterunt dicere Bohemij, Si pium fuit
Germanis contra Hussyas nostros bellum suscipere, arma
inferre, Cur nobis non liceat in Lutheranos Germanorum
pio zelo bella mouere? Abstinetē igit̄ o Principes à tam ne
farijs

Vltio huma
na.

farijs perditorum hominū cogitatibus & consilijs, & si dare non uultis plura saltem relinquitte dei ministris que maiores uestri deo foeliciter dicarunt, scriptum est enim, Quae Dei Deo, & quae Caesaris sunt Caesari date. Istos uero Consultores ac Predicatores, ut seditiosos impiosq; ac lese Maiestatis reos dignis compescite modis.

Scripta Spiræ, Anno 1526.

MISCELLANEO-
RVM LIBRI SECVNDI
Tractatus Octauus.

RESPONSIO IO. COCHLEI AD IN-
terrogationem Zuinglianam De Corpore
Christi in Eucharistia.



Vando interrogatur, an Christus sit in sa- Idē corpus
cramēto uenerabili sicut fuit in cruce? re- Christi sub
spondeo, Est utiq; sic ibi in substantia sua, diuersis acci-
sed non in accidentibus iisdem, Nam dentibus.
corpus eius in cruce erat uisibile, palpabile,
passibile, mortale, calidum, etc. nihil horū
accidentiu est sub uenerabili sacramēto in corpore Christi.
Tam uere est igitur corpus Christi secundum substantiam
suā in sacramēto quā uere fuit in cruce, sed in acciden-
tibus multa & uaria est differentia, in cruce erat localiter, pœ-
naliter, uisibiliter &c. In sacramēto nō ita. Et Zuinglius in
hoc maxime fallitur, q; non discernat diuersos modos essen- Error Zuing-
di In. ut loquuntur Dialectici. Non enim repugnat, Chris- li.
sum uno & eodem tempore cum corpore suo esse & in cas

Hb 3 10